



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Romam venit ad creandum Generalem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

bus conspirare videntur, ut in eo conuentu agant, efficiantq; ut multa religionis capita, atq; Ecclesie precepta, quæ ipsi voluntarii iuris putant esse, posthac pro cuiusq; voluntate, & arbitrio, sicut afflatus sibi quisq; videbitur, obseruentur. Ergo quoniam in rebus huiusmodi decernendis tractanda erunt res summi momenti, sic habeto Pater, Canisium in existimatione ea apud Germanie Principes esse, ut si prasens adsit, monitis suis, acribusq; cohortationibus, tum doctrina, ac sapientia sua, ad hec eloquentia, & concionibus, deniq; sincere sanctitatis exemplis immensum, longeq; amplius, quam cogitari queat, promoturus sit, maximè apud Moguntinum, ac Treuirenses Electores, & apud Herbipolitanum Episcopum, ac Principes alios, qui plusquam facile creditu sit, Canisio tribuunt.

Hæc Romæ Vicarius Borgia cum accepisset, & deliberationem ad Patres reiecisset Germanos, nihil opus deliberatione fuit, dilato proximū in annū Imperij conuētu. Itaq; Canisius, vbi quadragenarium dicendi pensum Augustæ persoluit, in Italiam venit: tum quoque Othone Cardinali literis, psequente suppliciterq; pugnante, ut primo quoque tempore redderetur Germaniæ, quod in

Romam Venit  
ad creandum  
Generalem.



detrimentum religionis inæstimabile absentia eius viri per eas oras cederet. Verebatur videlicet nequam partem administrandæ societatis, vnde Romæ teneretur, Patres ad eum deferrent. Quo ipso crediderim Patres respectu motos vt ingratiuissimis demandandis muneribus præsertim assistentium, cum præterirent. Quamquam non aliarum Prouinciarum Patres, ac nominatim Lusitaniani defuere, qui sibi Prouincialem eum expeterent. Creato Præposito Generali Francisco Borgia, Pontifex Pius quartus arduam Canisio peregrinationem iniunxit: vt Tridentinum Concilium, quod iam cœptum erat promulgari, ad Ecclesias Germaniæ deferret, & Dynastas Catholicos, additis propriis mandatis rerum, quas apud quosq; ageret. Adiecit & Borgia titulum, ac potestatem Visitatoris in Societatis Prouincias tres Rhenanam Austriacam, & Germaniæ superioris, cuius ille potestatis pro sua modestia nusquam vllam attigit partem: nisi si quid vsquam consilij instar subiciendum fuit.

Igitur vbi primum licuit, ab Vrbe cum vno duntaxat viæ comite profectus, die Nouembrii 21. Coloniam attigit. Sed quoniam à Pontifice ad Se-

Mittitur à Pio  
IV. ad Ecclesi-  
as GERMANIA.